Universitätsbibliothek Paderborn

Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

18. An sit licitum Catholicis opera servilia exercere illis diebus, in illis locis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41565

Visual Library

tum Eccleſiæ; videlicet ut abroget ſuperſtitionem Papiſticam (ut ipſi loquuntur) & talem ſuam pravam intentionem ſigno externo prodat, tunc id nullatenus erit licitum. Ita etiam reſolvit Leſſ. in opere poſthumo v. feſta Eccleſiæ caſu 8.

Et idem dicendum eſt de claudendis officinis diebus dicatis orationibus apud Hæreticos, uti etiam habet Leſſ. caſu 9. Illa enim in illis partibus nullatenus ſunt ſigna profeſſionis falſæ Religionis, ac proinde ob cauſas fieri poſſunt ſine tranſgreſſione præcepti Eccleſiæ, & ſine ullâ coôperatione rituum hæreticorum qui eſſent ſigna ſuæ Religionis.

ARTICULUS XVIII.

An ſit licitum Catholicis opera ſervilia exercere illis diebus in illis locis.

PEr ſe loquendo id eſt illicitum; præcepta enim Eccleſiæ ſemper obligant, niſi aliqua gravis neceſſitas excuſet, ſive paupertatis, ſive notabilis damni aut periculi; ubi autem illa interveniunt, non facit contra piam intentionem Eccleſiæ, qui tunc præcepta ipſius non obſervat. In illis igitur locis hæreticorum ubi ſine ulla perſecutione Catholici permittuntur, non licebit (niſi aliqua alia cauſa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

interveniat) exercere illa opera quæ illis di-
bus interdicuntur. Operarii tamen qui exter-
aliqua opera, v g. ædificii acceptârunt, ſi p
hoc quod illis diebus nollent illa proſequi a
perficere, notabile damnum paterentur, v
quod non amplius ab hæreticis impendere-
tur, excuſarentur. Similiter quoad cauſas judi-
ciales licebit in illis locis illas proſequi, ut ſ
aliis conforment, ne clientes per hoc patiantur
damnum, quod inde ſequeretur, dum pars ad-
verſa litigans rem proſequitur, & Judex tunc
cauſis audiendis vacat. Tum etiam quia hoc
conducit ad bonum commune. Tamen ab illis
quæ domi facere ſolent, unde nullum damnum
natum eſt ſequi, debent abſtinere.

ARTICULUS XIX.

Vtrùm liceat diebus feſtivis operarios hæreticos impendere.

SUppono hæreticos non minus obligari præceptis Eccleſiæ (cui etiam ſubjiciuntur) quàm Catholicos, dummodo ipſis ſufficienter proponantur (ignorantia enim invincibilis à præceptis humanis excuſat) non eſt autem æquum ut ipſorum malitia ab obedientia Eccleſiæ eos eximat, ut bene notat Leſſ. ubi ſup. tit. feſta Eccleſiæ caſu 5. Unde ſequitur quòd Catho-